FRANC. ERN. BRUCKMANNI, MED. DOCT. ACAD. CÆSAR. NAT. CUR. ET SOC. REG. PRUSS...

Franz Ernst Bruckmann

Digitized by Google

25

FRANC. ERNEST. BRÜCKMANNI,
MED. DOCT.

EPISTOLA ITINERARIA XXV.

DE

MARMORE VARIORUM LOCORUM,

IN SPECIE

FLORENTINO.

AD

VIRUM NOBILISS. CLARISS. ATQUE DOCTISS. DOM.

DOMINUM

ALBERTUM RITTER,

REGII LYCEI ILFELDIACI AD FAUCES SYLVÆ HERCYNIÆ COLLEGAM ET CON-RECTOREM,

AMICUM PLURIMUM HONORANDUM.

(o)

CUM FIG. ÆNEIS.

WOLFFENBUTTELAE. MDCCXXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIR NOBILISSIME ATQUE DOCTISSIME,

FAUTOR ET AMICE PLURIMUM COLENDE!

Piſtola ultima jam typis expreſſa & ad *Te* miſſa, ecce binas adhuc novas marmoris ex *Monte Pinifero* ſpecies accepimus, nempe (Num. 66.) quod eſt marmor hepatici coloris, venis viridibus eleganter mixti, hoc demum anno noviter detectum, Leber-Farb mit grünl. Adern ſehr ſchön melirter Marmor, aus einem neuen Bruch zwiſchen Berg und Reitzenſtein beym Mohrenhauß, *montis Piniferi.*

67. Marmor lineis rubris & cinereis diſtinctum, roht und grau geſtreiffter ſehr ſchöner Marmor/ wie Frantz-Tafftend anzuſehen/ ex nova quadam hoc anno inventa lapicidina aufm Scherclaß bey Selbitz *ad montem Piniferum.*

Sequitur nunc *Marmor Florentinum* & quidem *Tab. I.*
I. variegatum, politum, groſſe *Florentiner* Marmor-Taffel/ quod tabula 1.ma ſiſtit. In hoc varia urbis in partes diſperſa rudera, palatia deſtructa, arces turritæ varii generis ruptæ & ſemiruptæ, & quod maxime mirandum, monumentum ſeu Pyramis Ægyptiaca magna, coloris ex luteo-brunni, non absque umbra

 ru-

Digitized by Google

ruderum & aliarum imaginum repercuſſa, effigiata ſunt. Super hæc dicta omnia, nubes, aer & ventus, qui in hoc lapide non ſemper alias obſervatur, ſtriatus quaſi perpulchre cernitur. Rudera hinc inde ſuffruticibus parvis & humilibus ſiue Dendrite tenuiſſima condecorantur, per integram marmoris tranſeunt ſubſtantiam, ita ut figuræ & rudera ex utroque latere videri poſſint, nec igne facile & flammis abſumantur & deleantur.

2. Idem, unius ejusdemque magnitudinis, rudera, montes, templa turrita, tractus cum aere & nubibus repræſentans, ſed absque pyramide. Margo utriusque tabulæ duplex eſt, unus ex albo, & alter ex atro marmore compoſitus. Hæ ruinæ ſunt luſus naturæ ex coalitu fluorum terreorum variorum colorum, qui olim liquidi & molles fuerunt, demum vero, ſucceſſu temporis, accedente ſpiritu terram ſubtiliſſimam coagulante & Gorgonico, petrifacti & in marmoream ſoliditatem mutati, prout nunc in hoc lapidis genere, jucundo ſpectaculo, apparent, & a nemine non curioſo ſummopere admirantur, orti. De hoc marmore agit Wormius in Muſ. p. 44. & D. Frid. Lachmund in Oryctographia Hildesheim: p. 15. cum fig. it. Kundmann in Promptuar. rer. natur. p. 214. Paullini in zeitkürtz. erbaul. Luſt Part. 1. p. 280.

TAB. II. Fig. 3. 3. *Marmor Florentinum* album, politum, rotundum, *Dendrites* dictum, duabus arbuſculis elegantiſſimis conſpicuum ſiue *Dendrites Veronenſis*, a patria. Hæc arbuſta nigricantia ſucco cuidam vitriolico, poros lapidis ingreſſo, originem debent, per totam marmoris ſubſtantiam tranſeunt, & ex vtroque latere, præ-

præprimis quando lapis politus exiſtit, mirando ſpectaculo, oculis ſeſe offerunt. Præterea ignis torturam reſpuunt & in flammis conſtanter perſeverant, cum reliquæ dendritæ plerumque ignis vi exhalent.

4. Idem quadratum, coloris lactei, minutiſſimis, ſubtiliſſimis & elegantiſſimis nigris dendritis a natura polydædala pictum. Happelii Relationes curioſæ Tom. I. p. 484. figuram marmoris *Florentini*, in quo, præter arbuſculas, & integra quædam regio, eine Landſchafft/ conſpicitur, exhibent; Et Eraſm. Franciſci im Oſt-und Weſt-Ind. Staats- und Luſt-Garten p. 1188. iconem hujus affert, in quo, præter fruticeta, & aranea admiratur. Quando hæc marmora caſu franguntur, lithocolla, quæ non habet corpus, qualis eſſe poteſt ichtiocolla, Hauſenblaſe/ cum pauca quantitate Terebinthinæ Cypriæ mixta, ad glutinandum adhibenda.

5. *Flores marmoris Florentini*, ſunt ingemmationes albæ cryſtallinæ in lapide dicto hinc inde obviæ.

Ad marmora figurata pertinet *Altdorffenſe*, cinereum, duriſſimum, ſiliceum, ex utroque latere politum, in quo tria cornua Ammonis alba, cryſtallina, ſemipellucida, & horum interior ſtructura, politura in apricum producta, eleganter videnda. Hoc marmor inſtrumentis ex lapicidina non effoditur, ſed conſtat ſaltim ex ſilicibus, Feld-Steinen/ variæ magnitudinis, qui in campis ad Academiam *Altdorfium* non rari colliguntur.

I. Sequitur marmoris figurati, duriſſimi, omnium elegantiſſimi & rariſſimi certe ſpecimen, politum, ex lapicidina ad pagum *Eſperſtadt*, uno milliari

 Quer-

Digitized by Google

Querfurtho, uno eodemque quoque ſpatio *Islebia* diſtantem, ante tres annos effoſſum. In hoc cernitur non tantum teſta integra & domus Cornu Am: cum omnibus concamerationibus, per medium politura ſecta, ſed & totum animal ex teſta progreſſum ſimul cum omnibus partibus carnoſis & teſtaceis in lapidem & duriſſimum marmor converſum. Exemplum fortaſſe ſine pari & admirandum. Latus inferius averſum conchularum lævium teſtis petrifactis undique ſcatet. Figuram rudi Minerva a ſculptore in lamina cuprea elaboratam vide Tab. II. Fig. III.

TAB. II. Fig. III.

2. Marmor ejusdem loci, ex utroque latere politum, in una parte interiorem Cornu Ammonis ſtructuram, in altera infinitum conchularum numerum exhibet.

3. Idem, cujus latus ſuperius politum omnes interiores Cornu Am: aufractus, intermixtis plurimis conchis parvis petrifactis, inferius, non politum, Cornu Am. figuram, cum ſolene incurvato, mirandam præbet.

4. Marmor, figuræ ovalis, ejusdem loci, ex utroque latere politum, confluxum infinitarum conchular: turbinit: & plurimorum aliorum corporum marinorum petrifactorum exhibet, vulgo Muſchel Marmor.

5. Marmor ejusdem loci, quadratum oblongum viſui offerens, in uno latere politum, eadem cum priori corpora; in altero vero non polito turbinitem naturalem, monſtrat. *Marmor Querfurtenſe* ex lapicidina auf der Ruckenburg, colorem habet griſeum, innumeris ſubinde concharum ſpeciebus, ſæpiſſime cry-

cryſtalliſatis, refertum conſpicitur; Nonnulli quidem hunc lapidem calcariis tribuunt, aſt propter ſubſtantiam duriſſimam, polituram quoque optime admittentem, inter marmora referendum.

1. Marmor nigrum, duriſſimum, optime politum *Oſnabrugenſe*; Reperitur ad pagum *Belem*, qui uno lapide *Oſnabruga* diſtat.

2. Marmor nigrum, non politum, ejusdem loci, infinitis pectunculitis minimis, ſubtiliſſime ſtriatis undique obſitum, Muſchel-Marmor, qui vero omnes, politura adhibita, evaneſcunt, nec veſtigium ullum in lapide relinquunt.

3. Idem ſubtiliſſimis pertunculitis ſtriatis, pyrite aureo incruſtatis: conſpicuum, ſed vero parum fragile.

4. Marmor ejusdem loci, politum & non politum, griſeum, grauer Muſchel-Marmor, conchulis, venis albis, & multis maculis vel nubibus aurantii & ochracei coloris refertum. Hæc marmoris ſpecies egregie ſe habet, læviſſimam admittit polituram, Achatem potius, quam marmor, exhibet, omnium quoque duriſſima & ſolidiſſima eſt.

5. Idem politum, maculis luteis & brunnis eleganter pictum.

6. Nigrum ejusdem loci, politum, lineis albis intercurrentibus.

7. Nigrum ejusdem loci, conchyliferum, Muſchel-Marmor mit einigen gelben Stipgens.

8. Griſeum lineis & maculis albis & nigris, vel potius unguibus nigris,

9. Gri-

9. Griſeum, interſperſis hinc inde quibusdam nubibus & maculis luteis & albis.

10. Griſeum ejusdem loci, obſcuris nigris & luteis venis, & maculis Cinnabarinis condecoratum. Varia marmora figurata *Maslenſia Sileſiæ*, polita & non polita, variis & innumeris petrifactis marinis, conchis, cochleis, turbinibus, trochis, oſteriis, dentaliis, pectinibus, lapidibus Judaicis, &c. undique referta, hinc Muſchel-Marmor dicta. Ferrand. Imperatus Hiſt. Nat. p. 748. hæc concreta vocat lapidem natura ſculptum figuris frumenti, ſeminumque & leguminum, cum icon: ſed figurata in hoc lapidis genere obvia, non ſunt ſemina & frumenta, ſed potius corpora marina petrifacta.

1. Binæ iſtius tabulæ quadratæ & politæ, exhibentes cochlitas, & horum interiorem ſtructuram, conchitas, pectinitas, & horum margines ſubtiliſſime crenatos & dentatos, trochitas albos, rubros & incarnatos, & varia alia marina.

2 Pyramides duæ quadratæ, ex eodem marmore, cum baſibus ſuis æque quadratis, optime lævigatæ.

3 Capſula, pro recipiendo Tabaci pulvere, cum operculo, affabre ex eodem elaborata.

4. Vaſculum infuſo herbæ Theæ deſtinatum, ſuperius & inferius, unter und ober Thee-Taſſe/ ex hoc eleganti figurato lapide exaſciatum.

5. Lapides parvi ovales, numero XXX, ex conchite hoc formati, in uno latere parum convexi, in altero plani, politi, ornamenti genus, quod ſexus ſequior in carpis manuum geſtare ſolet, Braſeletten dictum,

ctum, imitantur. Plures griſeum, pauciores viridem & rariſſimi rubellum viſui offerunt colorem. Variis marinis corporibus undique fœti.

Singula antedicta marmora *Maslenſia* debemus liberali donationi *Dn. Hermanni*, verbi divini miniſtri Maslenſis fideliſſimi. naturæ ſcrutatoris ſolertiſſimi & amici jucundiſſimi, cujus Maslographia p. 228. cum fig. item ejusdem Monumentum gratitudinis marmoreum de conchitibus marmoreis Maslenſibus 4to cum fig. plura de hoc elegantiſſimo lapide curioſos edocent.

Marmor *Pribornenſe Sileſiæ* griſeum, lineis quibusdam obſcuris nigricantibus interdiſtinctum.

Marmor Corallinum, Corallen-Marmor, politum, ex *Gothia*, variis Coralliis marinis, pectinitis, trochitis, & aliis petrifactis repletum.

Marmor album, venis viridibus, *Suedicum* von *Kolmd* bey *Nordkiöping*, confer. Leopoldi Relatio Epiſt. de itinere ſuo Suecico p. 24 item 101.

Conchites marmoreus, politus, Muſchel-Marmor vom Urthal *in Thuringia*, quem Dom. Leſſer, concionator Northuſanus, optimæ virtutis & fidei vir, mirandorum Dei operum ſedulus indagator & amicus æſtumatiſſimus anno præterito 1732. primum detexit. Idem ex pago groſſen Bruchter dicto, eodem anno a jam nominato ſolertiſſimo rerum naturalium rimatore inventus.

Marmora Coburgenſia ſequentia Muſeum noſtrum aſſervat. 1. Marmor nigrum, in quo pyrites, der Schwefel-Kieß/ egregie ſplendet, von Steinach im Läpigs-Grunde, nechſt denen Eiſen-Hütten/ in territorio *Coburgenſi*.

2. Lu-

2. Luteum & griſeum ex monte Pickelberg hinter der Ludewigsburg.

3. Luteum politum, in cujus ſuperficie ſubtiliſſima fruticeta, vulgo Dendritæ viſuntur, quæ vero, politura adhibita, quod ad majorem partem evaneſcunt, & tantum rudera quædam iſtorum obſcura relinquunt.

4. Salinum quadratum ex marmore ex aurantii, albi & griſei coloris maculis eleganter variegato *Sonnenbergenſi* confectum.

5. Archetypum, rotundis variæ magnitudinis foraminibus refertum, in quibus globuli plumbei fuſione formantur, ex marmore nigro ejusdem loci, vulgo Sonnenberger Waſſer-Stein, forma quadrati oblongi effigiatum. Böetius a Boot, cui ſuo tempore jam notum fuit hoc marmor, in gemmar. & lapid. Hiſt. Lib. II. c. 285. p. m. 513. ita de hoc loquitur: „Prope „*Wirsburgum Franconiæ* ad pagum *Somberg* ſimiles „prorſus lapides ericeti, quos incolæ Waſſer-Steinen, „quia ſub aquis naſcuntur, vocant, repeériuntur. Ex „his lapidibus formas faciunt, vt iis infundant plum-„bum pro globulis tormentariis. Læves & pingues „ſunt hi lapides ſaponis inſtar, cujus colorem refe-„runt„ Sed noſter eſt niger, lævis quidem & politus, non admodum pinguis.

6. Alabaſtrum album de *Hellingen* auf dem Gänſe-Rangen, Territorii *Hilpershuſani.*

7. Album ex eodem pago auf dem Sauſack ejusdem territor.

8. Album *Heldburgenſe* am Gerichts-Berge ejusdem territor.

Marmoris Bohemici tabula quadrata polita, 1. obſcu-

ſcure rubra, intermixtis paucis albis venulis.

2. Eadem, cum maculis luteis.

3. Eadem coloris ex obſcuro glauci, **dunckel-grau.**

4. Eadem coloris ex lucido-incani, **hell-grau/** cum maculis albis.

5. Binæ ſpecies hujus marmoris, coloris albi, ſanguinei, obſcure rubri & variegati.

Sequuntur quatuor ſpecies marmoris, optime lævigati, ex albo-lutei & variegati coloris ſeu marmorati, de pago *Regeldorff* prope *Ratisbonam.* Hoc marmor prædurum egregiam admittit polituram, ſed lapidiciſor uno die non multum in iſto, ob ſummam duritiem, conficere poteſt. Magna fruſta oculis admodum grata ſunt, mirumque in modum blandiuntur. Camini ex eo parantur ſplendentes, ſinguli 300. uſque 600. florenis conſtant; imo, quæ modo deſiderantur, hæc omnia ex eo conficiuntur. Pretioſiſſimum & affabre ſculptum Epitaphium beat: Dom. Comit: de Metternich ex eo confectum Ratisbonæ videndum. Lapis hic pecularibus ſerris in laminas, uti lignum, operoſe ſcinditur. Una ſpecies inclinat ad colorem luteum variegatum, altera magis ad hepaticum, æque variegatum, vergit.

Marmora Weldenburgenſia prope *Ratisbonam* unius ejusdemque ſunt generis cum dicto *Regeldorfſenſi.* Confer. D. Gœritzii, Medici Ratisbonenſ. & Acad. Cæſ. Nat. Cur. Adjuncti obſ. de his marmoribus, quæ in D. Prof. Büchneri Miſcellaneis **oder Nachrichten von** Phyſ. **und** Medicin, **auch Kunſt- und** Literatur-**Geſch.** Anno p. exſtat.

Tabula quadrata *Marmoris Pappenheimenſis*, **aus dem Ubermannshöffer Bruch,** coloris albi vel luteoli potius, **ein wenig gelblich.**

 Ea-

Eadem aus dem Solenhöffer-Bruch.

Marmor album, griſeis maculis, vulgo Thränen-Stein, ratione & origine nominis nobis ignota, ex *Moldavia.*

1. Tabula marmorea *Saltzburgenſis* brunna, maculis raris albis, pallidis & lucido brunnis, hell-braun.

2. Globus ex eodem marmore tornatus & lævigatus. colore albo ad luteolum vergente, in quo circuli varii, globos cœleſtes & terreſtres exhibentes, coloribus luteis & brunnis egregie a natura ſedula picti ſpectantur.

Alabaſtrum griſeum, lineis obſcuris & brunnis flammeis & undulatis, certa & æquali diſtantia nunquam non a ſe invicem ſeparatis, conſpicuum, egregie

TAB. II. Fig. II. marmoratum, de *Gorsleben* cum fig.

Alabaſtrum Schwartzburgenſe 1. inſtar marmoris Indici, Speckſtein dicti, maculis raris rubris & ſtriis brunnis hinc inde diſperſis.

2. Ex albo & brunno variegatum & marmoratum.

3. Marmor album, cum maculis obſcure rubris.

4. Binæ ſpecies marmoris variegati, bunt marmorirt.

5. Tabula, ſemi alba & ſemi brunna.

6. Marmor obſcure incanum, maculis quibusdam rubris, Cinnabarinis & atris, ſtriisque brunnis condecoratum.

7. Variegatum, ex ſtriis albis & rubris, una alba poſt alteram rubram, una rubra poſt alteram albam, nunquam non ſe excipientibus, compoſitum. weiß und roht gewäſſerter harter Alabaſter.

8 Album canumque Alabaſtrum marmoratum *Sondersbuſanum* 1732, primum detectum.

9. Al-

9 Alabaſtrum ex albo-rubrum, roht-weißlicher/ de *Badern Bader ſeu Badra Comitatus Schwartzburg.*

10. Duæ marmoris ſpecies ejusdem loci, coloris obſcure-rubri, interſperſis magnis maculis ex albo-incarnatis.

11. Marmor nigrum, maculis cinereis, *Rudolphopolitanum.*

12. Ejusdem loci canum, venis albis, maculis lutei & nigris interſperſis.

13. Item variegatum.

14. Ex albo griſeum cum venis.

15. Ex albo cinereum, venis obſcure-brunnis, cujus fig vid. Tom. II. Magnal. Dei in locis ſubterran.

16. Marmor album, venis griſeis, *Franchuſanum.*

Marmor ex albo & rubro variegatum, vulgo Wurſt-Stein oder Speck-Stein, Wurſt-förmige Geſtein von Wieſenthal in Meiſſen. Hic lapis variegatus, bund-farbigter Stein, gleichſam mit Speck- und Blut-Farbe durchfloſſen, gleichet einiger maſſen einer Wurſt/ die mit Speck und andern darzu benöhtigten Ingredientien angefüllet/ reperitur quoque ad *ſacrum Jobi fontem, Jobsbad, in Miſnia,* & in *Haſſia* ad montem Nahrungs-Berg dictum confer. Liebknechti Diſcurſus de Diluvio maximo &c. p. 55. *Tab. VII. Fig. II.*

Marmor viride venis albis, politum, figura cordis cum parvo foramine, wie ein Schreckſtein/ formatum, *Rochlitzenſe Miſniæ.*

Item tabula ejusdem polita, vena alba. Hic lapis ex vulgari quadam lapicidina, gemeinen Feld-Bruch/ tribus *Rochlitzio* horis diſtante, effoditur, & ad ædificia, ut vulgaris lapis murarius, adhibetur.

Marmor brunnum, venis albis & maculis latis ru-

rubris miniatis, duriſſimum, de *Maglitz ex Voigtlandia.* Album ſplendens ad Caſtellum *Machſen prope Dresdam.*

Sic dicti Schreck-Steine ex *lapide ſerpentino marmoreo Zöbliſenſi Miſniæ*, ſub cordis forma cum foramine parvo a lapicidis confecti; appenduntur infantibus, amuletorum inſtar, contra terrores, ne noceant, hincque nomen habent. Mercatores, qui vaſa v. g. pro atramento, pro infuſo herbæ Thee, ad colicæ dolores ſpaſticos ſedandos, pro cereviſia ſeu urceos, mortaria, &c. ex *Zeblico*, Serpentinſtein tornata, per varias Europæ regiones circum ferunt, & hos lapides quoque, terrores ab infantibus avertentes, ſecum portant, ſingulosque credulis pro duobus bonis groſſis vendere ſolent. Perhibent hæc amuleta ex peculiari lapide, plane diverſo ab *Ophite*, eſſe parata, ſed falſo, revera nihil aliud ſunt, quam genuinum marmor ſerpentinum in *Miſnia* effoſſum; nec contra terrores valent.

Lapis ſerpentinus eſt marmoris ſpecies, quæ admodum copioſe *Zöblitzii in Miſnia* ex certis fodinis eruitur. Hoc marmor Anno 1545 a Juſto Raben, vel juxta alios ab Italo quodam, vel metallifoſſore quodam, primum detectum. Reſiſtere dicitur venenis, ex hac cauſſa, qua nunquam buſo vel aliud venenatum animalculum in lapicidinis ejusdem obſervatum. Parantur ex eo tincturæ, pillulæ, emplaſtra, in ſpecie contra podagræ torturam. Conf. Chriſt. Lehmanni Hiſt. Schau Platz des Meiſſ. Ober-Ertz-Gebirges. p. 449. usque 457. item Geſprdche im Reiche derer Todten zwiſchen dem General Lieutenant von Kyau und dem Hertzog von Roquelaure. Part. I. p. 16 17. Ex quo dialogo ſequentia, notatu digna, hic recenſere placet: „von

dem

dem Serpentin-Stein etwas zugedencken / ſo iſt derſelbe „
in Meiſſen im Jahr Chriſti 1545. von Juſto Raben / ei- „
nem in Italien / Schweitz und andern weit entlegenen „
Ländern wohl gereiſeten alten 60 jährigen Mann entde- „
cket worden. Er wird von mancherley Farben gefunden „
als weiß / grau / ſchwartzbraun / welches der geringſte / „
ſchwefel-farbe / röthlich / leib-farbe / grün / deßgleichen „
ſprenglicht mit grünen und gelblichten Adern / gelb mit „
rothen Tropfen / u. ſ. f. unter andern aber iſt der Brau- „
ne am ſeltſamſten / und wird nur zu raren Dingen auf- „
behalten. Notable iſt / daß man aus dem erſten Stein- „
Bruch ein Stück von ungemeiner gröſſe / 30 Centner „
ſchwer A. 1577. ohne alle Beſchädigung hervor bracht / „
und auf das ſchönſte hernachmahlen poliret / welches „
Stück man noch biß dato zum ſtets-währenden Anden- „
cken heilig aufhebet / und denen Curioſis zeiget. Ver- „
möge hoher Landes-Fürſtl. Verordnung iſt in Zöblitz ei- „
ne Chur Fürſtl. Vorraths-Cammer angeleget / und da- „
zu ein feines Haus in der Stadt erbauet worden / in wel- „
chem alles / was ins gevierte / dreyviertel Ellen und dar- „
über / auch 10. 20. 30. und mehr Centner ſchwer iſt / ge- „
bracht werden muß / ſo auch von einem gewiſſen Factor „
bis dato noch dem Landes-Herrn treulich berechnet wird ; „
was kleiner iſt / mögen die Steinbrecher und Drechsler vor „
ſich arbeiten und veralieniren. Ob ſich nun wohl A. 1609 „
ohngefehr der erſte Bruch ziemlich abgeſchnitten / ſo hat „
man doch nachgehends durch anderweit ſich befindliche „
Geſchiebe ferner nachgeſucht, und ſchöne Anbrüche gefunden, „
aus denen noch bis jetzo ziemliche Stücken gebrochen werden kön- „
nen, und zweifelt niemand, daß, wenn dieſe Brüche alle, man „
noch neue und mehrere antreffen dürfte. Was die Ausarbeitung „
dieſes Steins betrift, ſo war dieſelbe zwar Anfangs im 16. Seculo „
ziemlich unförmlich, indem ſolche nur mit Pullen, wie die Mau- „
rer brauchen, ausgearbeitet worden, nachdem aber die Men- „

„ſchen

„ſchen der Sache immer mehr und mehr nachgedacht, iſt dieſer
„ Stein ſo weit gebracht worden, daß er nunmehro auf das künſt-
„lichſte gedrehet und gebildet, auch die ſubtileſte und kleineſte Ar-
„beit daraus gemachet werden kan, und ſchreyet dieſer Stein in
„denen Laboratoriis bey ſeiner Verarbeitung, wegen der Adern
„Härtigkeit, ſehr ſcharf und helle, giebt auch im drehen einen
„Staub, wie in einer Mühlen, von ſich. Dieſe Arbeiter und ſo-
„genannte Stein-Drechsler, haben auch ihre Wiſſenſchafft wegen
„unter ſich eine ſonderliche privilegirte Innunge aufgerichtet, wo-
„rinnen ſich jetzo 47 Meiſter befinden, welche aus dieſem Stein
„alles, was auf eine Königl. Tafel gehöret, und ſonſt aus Gold,
„Silber und Metall gemachet wird, und mit, oder ohne Beſchläge
„weit und breit durch gantz Europam verkauffen, ſintemahl in die-
„ſen Gefäſſen alles friſch verbleibet, und nicht leichtlich verdirbet.
„Derjenige Serpentin-Stein aber, ſo bey **Rochlitz** und in Böh-
„men gefunden wird, iſt dieſem bey weiten nicht zu vergleichen, und
„hat dis Städtlein **Zöblitz** davon ſeine völlige Nahrung, iſt auch
„dadurch in ſeines Aufnehmen und Wachsthum kommen. Dieſer
„Serpentin-Stein wiederſtehet dem Giffte, der Colica, dem Stein,
„dem Zipperlein, dem Bauch grimmen und andern Kranckheiten,
„ſonderlich aber denen Kind-Beterinnen und Schwindſüchtigen
„kommt er wohl zuſtatten; ein verſtändiger Chymicus hat bereits A.
„1700 aus dieſem Stein eine dreyfache Artzney, nemlich eine Tin-
„ctur, Pillen und Pflaſter erfunden, deren Kraft und bereits ver-
„ſpührten Nutzen man in Zöblitz durch gedruckte Zettul noch bis
„dato zu leſen bekommen kan.

Marmora & alabaſtra muſei noſtri, quæ adhuc reſtant delineanda, quam primum fieri poterit, *Tecum*, *amicorum ſuaviſſime*, ex animo communicabimus. Et ſic valere *Te* animo, viribus & corpore jubet,


Wolffenbüttelæ die 1.
Nov. 1734.

Tibi deditiſſimus
Brückmann D.

(o)


95563171

Ep. It. xxv. Tab. I




Digitized by Google

Digitized by Google


III.
II.
Fig: I
a.
b.
c.



Digitized by Google



Maßliſcher Muſchel-Marmor.
I. Ein par Thee-Gefäſſe. II. Tabacqvier. III. Sonnen-Stein. IV. Plätgen mit Figuren.
V. Dito mit ein. Ochſen. VI. Pyramiden. VII. Seulen. IIX. Halß- und Arm-bänder.

Digitized by Google